


I. classis

Die V infra octavam Paschæ



AD COMPLETORIUM

Lectio brevis




Ps. Ju be Dó-mne bene-dí-ce-re.

Benedictio:



Noctem qui-é-tam et fi-nem perféctum concédât no-bis Dóminus omnípot-ens.



R. Amen

1 Pet 5:8-9



Fratres: Sóbri- i estó-te, et vi-gi-lá-te: qui-a adversá-ri- us vester di- ábo-lus, tam-
quam le- o rú-gi- ens, círcu- it, quæ-rens quem dé-vo-ret: cu- i re-sí-sti-te fortes in
fi-de.



¶ Tu autem Dómi-ne mi-se-ré-re no-bis.



℞ De- o grá-ti- as.

Prex poenitentialis



¶ Adju-tó-ri- um nó-strum ✠ in nó-mi-ne Dó-mi-ni.



℞ Qui fe-cit cæ-lum et terram.

Examen conscientiae vel Pater Noster totum secreto.

Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie: et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris: et ne nos indúcas in tentatiónem: sed líbera nos a malo. Amen.

Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Ioánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et tibi Pater quia peccávi nimis, cogitatióne, verbo et ópere: *percutit sibi pectus* mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ídeo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos et te Pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Misereatur nostri omnipotens Deus, et dimissis peccatis nostris, perducat nos ad vitam æternam.

℟. Amen.

Indulgentiam, ✠ absolutiõnem et remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens et misericors Dõminus.

℟. Amen.



℣. Converte nos ✠ De-us sa-lu-tá-ris noster.



℟. Et a-verte i-ram tu-am a no-bis.


Incipit



℣. De-us ✠ in adju-tó-ri-um me-um inténde.



℟. Dómi-ne ad adjuvándum me festí-na.




Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sic-ut e-rat in princí-pi-o, et nunc,




et semper, et in saecu-la saecu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 4



1. Cum invo-cá-rem exaudí-vit me De-us justí-ti-æ **me-æ**: * in tri-bu-la-ti-õne di-




la-tásti **mi**-hi.


2. Miserere **mei**, * et exáudi oratiõnem **meam**.

3. Fílii hóminum, úsquequo gravi **corde**? * ut quid dilígitis vanitátem et quæritis *mendá*cium?
4. Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum **suum**: * Dóminus exáudiet me cum clamávero *ad* eum.
5. Irascímíni, et nolíte peccáre: † quæ dícitis in córdibus **vestris**, * in cubílibus vestris *compungí*mini.
6. Sacrificáte sacrificíum justítiæ, † et speráte in **Dómino**. * Multi dicunt: quis osténdit *nobis* **bona**?
7. Signátum est super nos lumen vultus tui, **Dómine**: * dedísti lætítiam in *corde* **meo**.
8. A fructu fruménti, vini et ólei **sui** * *multiplicá*ti sunt.
9. In pace in idípsum * dórmíam et *requi*escam;
10. Quóniam tu, Dómine, singuláriter **in** spe * *constitu*ísti me.
11. Glória Patri, et **Fílio**, * et *Spirítui* **Sancto**.
12. Sicut erat in princípíio, et nunc, et **semper**, * et in sácula *sæculórum*. **Amen**.

Psalmus 90



1. Qui há-bi-tat in adju-tó-ri- o **Altíssimi**, * in pro-lecti- óne De- i cæ-li *commo-rá-*




bi-tur.

2. Dicit Dómino: Suscéptor meus es tu, et refúgium **meum**: * Deus meus sperábo *in* eum.
3. Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * et a *verbo* **áspero**.
4. Scápulíis suis obumbrábit **tibi**: * et sub penníis *ejus* sperábis.
5. Scuto circúmdabit te véritas **ejus**: * non timébis a timóre *noctúrno*.
6. A sagítta volánte in die, † a negótio perambulánte in **ténebris**: * ab incúrsu et dæmóníio *meridiáno*.
7. Cadent a látere tuo mille, † et decem míllia a dextríis **tuis**: * ad te autem non *appropinquá*bit.

8. Verúm tamen óculis tuis considerábis: * et retributió nem peccatórum vidébis.
9. Quóniam tu es, Dómine, spes mea: * Altíssimum posuísti refúgium tuum.
10. Non accédet ad te malum: * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.
11. Quóniam Angelis suis mandávit de te: * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.
12. In má nibus portábunt te: * ne forte offé ndas ad lápidem pedem tuum.
13. Super áspidem et basilíscum ambulábis: * et conculcábis leónem et dracónem.
14. Quóniam in me sperávit, liberábo eum: * prótegam eum quóniam cognóvit nomen meum.
15. Clamábit ad me, et ego exáudiam eum: † cum ipso sum in tribulatióne: * erípiam eum et glorificábo eum.
16. Longitúdine diérum replébo eum: * et osté ndam illi salutáre meum.
17. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.
18. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Psalmus 133



1. Ecce nunc bene-dí-ci-te Dóminum, * omnes ser vi Dómi-ni:
2. Qui statis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri.
3. In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, * et benedícite Dóminum.
4. Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cælum et terram.
5. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.
6. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Canticum: Nunc dimittis

6-ALT

A l-le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia.



1. Nunc dimittis servum tu-um, **Dómi**-ne, * se-cúndum verbum tu-um in **pa**-ce:


2. Quia vidérunt óculi **mei** * salutáre tuum,

3. Quod *parásti* * ante fáciem ómnium *populórum*,


4. Lumen ad revelatiónem **Géntium**, * et glóriam plebis *tuæ* **Israël**.

5. Glória Patri, *et* **Fílio**, * *et* Spiritui **Sancto**.


6. Sicut erat in princípio, et nunc, *et* **semper**, * *et* in sácula *sæculórum*. **Amen**.



Oratio




Ⲱ. Dominus vo-bíscum.



Ⲡ. Et cum spí-ri-tu tu- o.


Orémus.

Vísita, quásumus, Dómine, habitatiónem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: †
 Ángeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; * *et* benedíctio tua sit super nos semper.
 Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: † qui tecum vivit *et* regnat in unitáte
 Spíritus Sancti, Deus, * *per* ómnia sácula *sæculórum*.




R. Amen.


Conclusio




Ps. Dominus vo-bíscum.



R. Et cum spí-ri-tu tu- o.



Ps. Bene-di-cámus Dómi-no.



R. Dé- o gra-ti- as.

Et recto tono dicitur benedictio:

Benedícat et custódiat nos omnípotens et miséricors Dóminus, ✠ Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus.

R. Amen.

Antiphona finalis B.M.V.

6-ALT
R e-gí-na cae-li * laetá- re, alle- lú-ia: Qui-a quem me-ru-
 í-sti por- tá- re, alle- lú-ia: Re-surré- xit, sic-ut
 di-xit, alle- lú-ia: O- ra pro no- bis De- um, alle- * **
 lú- ia.

Ⲫ. Gaude et læ-tá-re, Virgo Ma-rí- a, alle-lú-ia.

Ⲛ. Qui-a surré-xit Dóminus ve-re, alle-lú-ia.

Orémus.

Deus, qui per resurrectiōnem Fílii tui, Dómini nostri Iesu Christi, mundum lætificáre dignátus es:
 † præsta, quæsumus; ut, per eius Genetrícem Vírginem Maríam, * perpétuæ capíamus gáudia vitæ.
 Per eúndem Christum Dóminum nostrum.

Ⲛ. Amen.

Ⲫ. Divínium auxílium ☩ máneat semper nobíscum.

Ⲛ. Amen